
Sobre este pleito, queda otro papel a favor del dicho Melchor de los Reyes en el tom. 4. al fol. 242 =

31°

# FVNDAMENTOS para que la Yglesia ampare a Melchior delos Reyes, preso en la Carcel publica de la Ciudad de Sanlucar de Barrameda.



# FVNDAMENTOS
## para que la Yglesia ampare a Melchior delos Reyes, preso en la Carcel publica de la Ciudad de Sanlucar de Barrameda.





N facto suppono q̄ Melchor de los Reyes fue sacado por fuerça de la Yglesia por el Corregidor, de la Ciudad de San Lucar de Barrameda, por imputarle que matò a tergo a Pedro de Linares.

¶ Que el dicho Pedro de Linares auia dado vna bofetada a mano abierta al dicho Melchor de los Reyes estando sin armas en la plaça publica de esta Ciudad, y que despues lo prouocò con diferentes ocasiones, y que dixo a su muger palabras afrentosas, que tratò de matar al dicho Melchor de los Reyes aleuosa, y asasinamente, el qual ha sido, y es hombre muy honrado, de vida quieta, pacifico, y de buenas costumbres, Soldado, y Artillero de la armada Real de la guarda de las Indias por mas tiẽpo de doze años. Y que el dicho Pedro de Linares era hombre muy rixoso, y ocasionado, como cõsta de diuersos procesos de delitos que cometio.

¶ Presuponese tambien que el dicho Pedro de Linares anduvo siempre preuenido de armas defensiuas, y ofensiuas, y que traia vn pistolete: y que el dicho Melchor de los Reyes despues que lo afrentò Pedro de Linares dio muestras muy grandes del dolor que le cansaua la perdida de su honra, y que anduvo siempre vestido de luto; y que auiendo nauegado en la Real armada de la guardia de las Indias, como està dicho, por mas tiempo de doze años, dexò de hazerlo despues que le dio la bofetada Pedro de Linares.

¶ Todo lo qual consta por los autos, como en ella se verà.

¶ His ergo in facto suppositis, se fundarà en derecho; que caso negado que el dicho Melchior de los Reyes uviera muerto retro, & a tergo a Pedro de Linares, no cometio alevosia, y que deve gozar dela inmunidad dela Yglesia por las razones siguientes.

¶ Proditor homicida dicitur ille, qui nulla præcedente causa, vel rixa aleuose amicum interfecerit, qui securus erat, probat tex. in. l. qui propter insidias. C. qui acusare non possunt. l. 4. ad. leg. Iul. Maiest. cap. si cupis. 16. q. 1. cap. clericus iuncta. glos. 46. distict. l. fin. titu. 11. part. 1. l. 10. titu. 26. lib. 8. nouæ compilationis, estque communis opinio, vt tradit Bartolus in. l. respiciendum. §. delinquunt. ff. de pœnis, Baldus in cap. 1. quibus modis feudum amittatur, 4. colum. Ancarranus in c. 1. de homicidio, Menochius de arbitrarijs casu 361. a num. 23. Burgos de Paz in consilio 22. nu. 16. & 17, Didacus Perez in. l. 1. tit. 4. li. 5. ordinamēti, fol. 146. glos. 1. cuius hæc sũt verba; *Proditor is dicendus est homicidia, qui sine causa vlla rixæ, & inimicitiæ extrinsecus ostēsæ, nec diffidendo alium interfecerit.* Qui pro hac veritate refert Lucam de Penna in, l. fin. C. de delatoribus, lib. 10. Azeuedo in. l. 3. tit. 2. lib. 1. nouæ cōpilationis, num. 11. vbi defendit hoc in praxi esse certissimũ, quod is solum cēsetur proditor, qui amicum aleuose interfecerit, qui autem inimicum etiam a tergo occiderit proditor non tenetur, idem docet in. l. 2. tit. 23. lib. 8. recopilat. num. 12. Pulchrius autem in. l. 11. tit. 8. lib. 5. recopilationis, Gutierrez lib. 1, pract. q. 2. a num. 9. Zeuallos communium contra communes tomo 3. q. 817. num. 1. & alij multi quos referũt, & sequuntur supradicti Doctores; Aduertere vero hic necesse est Zeuallos, qui de proponendis controuertijs proprio genio egerit, hanc diffinitionem tamquam sine dubio supponere, eiusque infalibilitatem clare denotare.

¶ Quæ doctrina, ac diffinitio ipsa naturali ratione, ac verbi ethimologia fũdatur de qua postea in solutione argumentorum fusius agemus.

¶ Cui difinitioni contrarium videtur tenere Couaru. lib. 2. variarum. cap. 20. num. 7. vers. tandem, dum asserit lege Regia cautum esse, vt qui alium a tergo occiderit, proditor dicatur, nulla habita differentia inter amicum, & inimicum, quam opinionem antea docuit Antonis Gomez tomo 3. variarum. c. 3. & videntur fundari in. d. l. 10. tit. 26. lib. 8. nouæ compilationis, ipsa legis verba ponā;

Otrosi

*Otrosi todo hombre que hiziere muerte segura cae en caso aleue, y toda muerte se dize segura, saluo aquella que fuere hecha en pelea, en guerra, o en riña*; Hoc est contrariæ opinionis potissimum fundamentum, sed licet hæc opinio tantorum virornm sit, eorum pace salua, magis communis, ac cerта cõtraria est, vt potest videri ex doctrina Doctorum, quos supra numero. 1. pro nostra iusticanda resolutione retulimus.

¶ Quoniam ipse Gomezius vbi supra num. 5. diffiniens proditionem, eum esse proditorẽ asserit, qui aliud signis exterioribus demonstrat, & aliud in corde ocultat, ergo cum inimicus qui inimici vindictam quærere clare denotat, id habeat in animo quod publice monstrat proditor dici non poterit; vnde Diuus Ambrosins super Lucam capite. 28. in Iudam animaduertens sic affatur; *Instrumento pacis mortem irrogat seruus Dominũ, discipulus magistrum, sic prodit, quasi, inquit, per instrumentum pacis perimis ipsam pacem, de osculo machinaris ipsam proditionem*; Idem Hieronymus in epistola ad Rufinum: *Iudas de Apostolatus fastigio in proditionis Tartarum delabitur, nec familiaritate communi, nec intinctione bucellæ, nec obsequij gratia frãgitur, ne hominem tradat, quem filius Dei nouerat*; Hactenus sanctus Doctor, ex quibus inueniens eã esse proditionẽ, quã ipsa significatio nominis docet; id enim est prodere, ac eum qui securus est insidijs fallere, vt potest videri apud Ambrosium Calepinum, & alios bonarnm literarum auctores. Conducũt etiam sequentia; Primo doctrina virorum tantæ auctoritatis, quos supra, num. primo retulimus, qui omnes inimici occissorem, retro, & a tergo, non esse proditorem constanter defendunt, idque denotare videtur Couarru. d. num. 7. vers. Tandem qui docet cũ proditorẽ esse; *Qui occiderit eũ, cuius inimicus non est, nihilque tale præcauentem, cum nulla esset præcauendi causa*: Ergo si huiusmodi causa fuerit, nempe formata inimicitia præcaueri quisque debet; & si occisus fuerit, nulla proditio committitur, porque la mesma razon natural dicta que se impute el que auiendo dado ocasion a otro para que le mate, y siendo su enemigo capital no lo excusa con quitarse delante al ofendido, & ita firma manet nostra resolutio, nempe

 inimi-

inimici occiſorem etiam a tergo, & non facie ad faciem proditorem non eſſe, quam in proprijs terminis tenent, & conſtanter defendunt Azeuedo, Burgos de Paz, & Gutierrez vbi ſupra, qui docet immunitate eccleſiaſtica gaudere debere huiuſmodi homicidam.

¶ Nec leges regiæ, in quibus videtur præcipue niti contrariorum aſſertio aliquid obſtant; nam ad hoc vt dicamus opinioni Couarrub. fauere, neceſſe eſt vt fateamur iuris communis eſſe correctorias, quod nequaquam ſubſtineri poteſt, nam cum adeò generales ſint ad caſum tam ſpecialem, de quo mentio facta nõ fuerit, nõ poteſt ex eis ſummi argumentũ, lex nãque generaliter loquens non extenditur ad caſum in corpore iuris incluſum, niſi de illo fiat ſpecialis mentio, gloſ. in. l. ſciendum, ff. qui ſatis dare cogantur, gloſ. in. d. l. de curionibus. C. de ſilentiarijs, lib. 10. immo correctoriæ leges ſunt reſtringendæ, vt minus ius commune lædatur, vt tradit gloſſa communiter recepta in auth. quas actiones. C. de. S. S. E. maxime in materia odioſa, & pœnali, vt eſt communis DD. ſententia.

¶ Præſertim quia legum correctio eſt vitanda. l. 2. C. de in offi. dotibus. cap. cum expediat de electione. l. præcipimus. C. de apellationibus. Y ſiendo la doctrina tan general, y no haziendo mencion del caſo eſpecial difinido por el derecho comun, no ſe puede dezir auerlo corregido.

¶ Quod vt melius dilucidetur ſupradictæ legis. 10. ſpeciem fingo. Titius qui non erat inimicus ſeij, nec hic aliquam cauſam præcauendi habebat, ipſum ſeium interfecit, qui ſecurus erat in hoc caſu proditionem commiti aſſerit legislator, referens generalem regulam. *Y toda muerte ſe dize ſegura, ſaluo aquella que fuere hecha en guerra, en riña, o en pelea*; Quæ deciſsio propter omnia dicta ſolum vindicat locum in amico amici occiſſore.

¶ Neque hoc deſtruet, qui vulgare obiecerit obſtaculum, nempe ſupradictam legem nouam eſſe, & aliquid de nouo diſponere debere, alioquim innanis, ac ſuperflua eſſet; quia dupliciter reſpondeo. Primò, quod ſupradictæ leges regiæ aliquid de nouo diſponunt, quod iure communi omiſſum inuenies; nempe vt numero præcedente diximus amicum qui occiderit amicum dum tamen hæc mors non contigerit in prælio rixa, o pendencia, ſecurã occidere cenſeatur, cum enim occiſſus ſecurus eſſet, nec præcauendi

di causam haberet, quia occissor eius non erat inimicus, recte proditio iudicatur.

¶ Secundò, & aliter, nam licet aliquid supradicta lex non disponeret, antiquum vero ius declarasset, non superfluam, sed necessariam eam iudicare debemus, idquè denotát illa verba, *E toda muerte se dize segura, saluo aquella, &c.* Verba enuntiatiua ad ius antiquum videntur referri, (.·.) nequè ex illis correctionis argumentum summi potest, nec enim est rarum iura noua iuris veteris declaratoria esse, vt potest videri in multis Iustiniani constitutionibus, in quibus se nouiter decidere fatetur, cum tamen iã id antea cautum esset, cœterum non adeò clarè, ac dilucide, & ita, vt iura iuribus concordemus, necesse est vt fateamur, quod cum de iure communi, nec de casibus in eo expressis, facta mentio non fuerit, id in tactum, ac illibatum in suo robore manere, vt superius diximus, & probauimus. Remanet igitur certa nostra conclusio, & resolutio Doctorum, qui defendunt inimici occissorem etiam a tergo, & incautum aleuosum non esse.

(.·.) *Præcipue cũ verba generali à legis per aliam iura restrinctionem admittant, vt in iure est vulgatũ.*

¶ Quibus sic pro ea dictis, & si fateamur Gomezij, & Couarrub. opinionem veram, & legem supradictam ius commune corrigere, no obsta a la justificacion de Melchor de los Reyes, porque habla generalmente, y no en caso tã apretado como el q̃ tenemos entre manos. & cum non militet eadem ratio non debet attendi eadem dispositio, vt in iure est vulgatum.

¶ Que no milite la misma razon se prueba, porque hablan en dos enemigos, sin poner causa tan impulsiua para serlo, como vn bofeton dado en vna plaça publica a vn hombre honrado, y Soldado, asienta en todas naciones tan grande, que como se dirà adelante, se repute por mas que muerte natural, quod tam verum est vt sit Doctorum opinio, que si alguno diere a otro vn bofeton sobresaltado comete prodision, extrahi que debet ab ecclesia, quia eius immunitate non gaudet, vt practicabile referet Bobadilla in sua politica. lib. 2 c. 13. n. 44.

¶ El honor es la prenda de mas estimacion q̃ Dios dio al hombre, es stimulo perpetuo de los vicios, y fiel amigo de la virtud, y su vnico premio, ita sanctus Thomas. 2. 2. q. 129. art. 4. pluraque honoris encomia refert, & hoc exornat Castillo de Bobadilla vbi supra; y no tiene la mortalidad otro consuelo con que lisongear el vltimo desengaño, que auer conseruado vno indemne su reputacion.

¶ Su perdida es de maior consideracion q̃ la dela vida na-

dá natural: *Melius est mori quam perdere honorem*. Ecclesiast. 30. Por la injuria de la bofetada se pierde ex ijs quæ ipse Bobadilla confert loco supra citato, quæ iniuria atrocissima dicitur. Y en caso presente tiene circunstancias que la agrauan mas, porque como queda dicho, fue en la plaça publica de esta Ciudad estando el dicho Melchor de los Reyes sin armas, y siendo hombre honrado, y Soldado. Huius iniuriæ atrocitatem ponderant text. in. l. prætor edixit. §. fin. ff. de iniurijs, & ibi communiter scribentes, & in. §. inst. eod. cuius hæc sunt verba; *Atrox iniuria æstimatur, vel ex facto, veluti si quis ab alio vulneratus sit, vel fustibus cæsus, vel ex loco, veluti si cui in theatro, vel in foro, vel in conspectu prætoris iniuria facta sit* &c. Idem disponit, & declarat. l. 20. titu. 9. part. 7. quæ iniuria apud nos Hispanos valde exossa est, vt passim in nostris chronicis videri poterit, in his qui inuenies plurimos casus, en que fundadores de muy illustres casas de España han vengado esta injuria, offensores a tergo occidentes, & non eo vituperantur, immo elogijs decorantur, si enim proditores essent ignominia afficerentur. Pues esta nacion cõ tanto afecto (propia demonstració de su valor y desempeño preciso de su credito) aborrece la aleuosia, cuius rei exempla referre nimis longuum velut melius dicam impossibile esset.

¶ Ergo cum supradicta Gomez, & Couarrub. sit adeò generalis opinio (præterquam quod vt supra probauimus non est vera, nec iuris principijs fundata) & casus de quo agimus specialissimus non potest ex ea contra Melchiorem de los Reyes summi argumentum; nam vt sæpius diximus iniuriæ quam ipse accepit, circunstantia sufficiens est vt non contineatur sub generali regula.

¶ Præcessit ergo causa sufficiens, vt sine proditionis labe, etiam si à tergo dictum Petrum de Linares occidisset, id fecisse dicamus, pues auiendole dado la bofetada, y sintiendola con tanto afecto, que desde aquel dia traxo continuamente luto por su honra perdida, y dexò de nauegar, y seruir a su Magestad, pareciẽdole que vn hombre afrentado se deue apartar del comersio, vbi tam strenue honoris gloria æstimatur como en la milicia, cui expedit vt milites bono nomine præditi proprium honorem conseruare curant, nam vt dicebat Philipus ille Macedo, gloriosum pricipium exemplar, *Qui propriũ honorem contemnit, publico minime prospiciet.*

Bien

Biẽ daua a entẽder la enemistad q̃ le tenia, pues no se pude de imaginar mayor: y en este caso tenia obligaciõ Pedro de Linares de mirar como viuia, *Quia eum qui palam est aduersarius facile cauendo vitare potes, & Troianus equus idirco fefellit quia formã Mineruæ mẽtitus est*, dicebat Diogenes Laertius de vita, & moribus Philipi.

¶ Et si hoc tam verum non esset, & fateamur Gomezij, & Couarrub. certam (quod non procedit) nihil contra Melchiorem de los Reyes ex ea deducitur, porque en la misma dotrina, y en sus propios fundamentos, y en las dichas leyes Reales se esfuerça su justicia; Illa dicitur mors, securaq; non fit in prælio, vel rixa: luego si probasemos, que caso no confessado, que uviesse muerto Melchior de los Reyes a Pedro de Linares, fue en la propia pelea, presente la injuria, y en su misma defensa, intẽtum habebimus? probatur mei videri inconuincibili quadam ratione, porque la diferencia que ay entre la muerte natural, y la de la hõra, es q̃ aquella solo se hizo vna vez, pero esta es de cada dia, en todo tiempo se haze, siempre està presente, y es perpetua; hæc non pia consideratio, sed legis regiæ expressa est decisio. l. fin. ad. fin. tit. 13. p. 2 *E porende los sabios antiguos pusieron por mas estraña la ferida de la honra, que la de la muerte, porque esta no es mas de vna vez, y aquella es de cada dia*; Quotidie offenditur, semper infamatur, numquam huiusmodi iniuria est præterita, ergo in proprio actu offensionis, en la propia pelea, presente la injuria, y en su propia defensa (quando cum occidisset Melchior de los Reyes) fecisse constat? y pues la deshonra es perpetua, tambien lo es la guerra entre el afrentado, y el que afrentò; quod nostra lex decidit canit Plautus.

*Pater hominum immortalis est infamia*
*Etiam dum viuit, cum credas esse mortuam.*

Quod omne fulcitur sequenti consideratione. In tuto est apud omnes, cuncti certum fatentur proditionis qualitatem cessare, vbi aliquis per quamdam animi affectionem, & iræ, ac doloris causa motus aliquem interfecerit, quomodocumque id faciat, tradit Menochius casu. 369. num. 9. & 10. Guterreus omnino vidẽdus. d. lib. 1. pract. q. 2. a num. 11. denotat Couarrub. vbi supra, neque in hoc casu sit aliqua differentia, an interueniat insidiæ, vel non



immo,

immo, idem Gutierrius cum Menochio concludit, quod ex eo quod positæ sint insidiæ maior mentis consitatio præsumitur. En el caso presente, quando confessamos que Melchor de los Reyes uviesse muerto a Pedro de Linares, lo haria mouido de vn repentino afecto de ira, y de dolor.

¶ Porque si es probable opinion, que auiendo muerto a vno, y no constando quien lo matò, si se traxeren dõde està el muerto algunas personas, y a el entrar vna de ellas effluxerit occisis sanguis, hoc indicium sufficiens esse ad torturam, vt tradit Hippolitus de Marsilijs in practica criminalis. §. diligenter, Cassaneus in tractatu de indicijs, cap. 3 Gomez tomo 3. variarum, cap. vlt. Boerius decisionum aurearum, cap. 66. qui omnes plures casus de facto contigisse referunt.

¶ Cuius rei rationes congerit, & refert Lenius lib. 2. de ocultis naturæ miraculis, Petrus Aponiensis part. 7. problemate 6. Valeriora lib. 2. obseruat. medica. obseru. 7. & . 8. qui omnes naturali quadam ratione, ac doloris causa procedere affirmant, quod innuisse Lucretij vulgares versus videntur dum dixit:

*Namq; omnes plerumq; cadunt in vulnus, & illã*
*Emicat in partem sanguis vnde icimur ictu,*
*Et si cominus est hostem, ruber occupat humor.*

Pues si vn cadauer inutil, vn cuerpo inanimado, cuyos afectos y passiones dan muestras tan prodigiosas del dolor que le causa el ponerse delante el ofensor, que la sangre elada brota, clamando vengança? quanta mas razon ay para que tenga justo sentimiento vn hombre viendo delante de si a el que le quitò el serlo. d. l. fin. *Porque le mata non le tollendo la vida.* El afrentado, y el que le quitò su honra vfano, y honrado, renouandole la afrenta: y esto es lo que quiso dezir la ley de partida, quando dixo, que *la afrenta se renouaua cada dia*, dandole causa tanto mayor para que la ira, y dolor le mueuan: quanto lo es la priuacion de la honra, que la de la vida! luego quando caso negado Melchior de los Reyes uviesse muerto a Pedro de Linares retro, & a tergo, tendria dolor bastante para mouerle a ello? quis ergo tam iustum potuiesset temperare dolorem?

¶ Y como se podrà llamar muerte segura esta? Quo modo enim securus esse potest, qui semper offendit continuo, qui inimici honorem lædit? Pondero ad hoc belissimum Iurisconsulti Vlpiani locum in l. 2. §. hi qui ca-

pite,

pite. ff. de capite minutis: *Hi qui capite minuuntur, quo ad ea quæ capitis minutionem præcesserunt, manent quidem naturaliter obligati, cæterum si postea imputare quis sibi debebit cur contraxerit*: Si se deue imputar, el que sabiendo que vno era capite minuto fiò de su credito, y contraxò con el, quanta mas razon ay para que se impute el que auiendo afrentado a vno no procura euitar el daño que le preuiene su delito?

¶ Nec dictis obstat el allegar la parte contraria que Pedro de Linares fue muerto cerca de la Yglesia, y que parece, que auiendose acogido a ella Melchior de los Reyes, lo hizo con animo de ampararse de su inmunidad, porque quando liquidissimis probationibus constasset Melchiorem de los Reyes Petrum de Linares occidisse, de los autos consta, que el lugar donde fue muerto Pedro de Linares, estaua bien distante de la Yglesia, conforme a lo qual no se puede tomar tal presuncino, præcipue quia nullo iuris principio fundatur, tunc enim tantum, quãdo intra Ecclesiam, vel eius sementerium delictum perpetratur, præsumitur spe consequendæ immunitatis id fecisse, quæ præsumptio cessat quando contraria fortior fuerit, quia vna præsumptio minus efficax tollitur per alteram magis efficacem. l. cum in debito. ff. de probationibus. l. divus, vbi Baldus. ff. de in integrum restitut. tradit Alciatus lib. 9. responsorum. cap. 9. num. 24. Pues aunque queramos dar lugar a la dicha presuncion, la contraria es mas fuerte, immo clarum iudico, quod etsi id fecisset Melchor de los Reyes non esset animo consequendæ immunitatis.

¶ Notorio, y cierto es, qne en todos los concursos generales, y en todas las procesiones y fiestas q̃ se hazẽ, la justicia por razon de buen gouierno asiste a las puertas de las Yglesias, por euitar les daños que de lo contrario pueden suceder, y en la Ciudad de Sanlucar de Barrameda se guarda esto inuiolablemente por el zelo Christianissimo de su dueño; y lo que mas es, estaua ala puerta de la Yglesia de san Francisco toda la justicia quando sucedio la muerte, y en la calçada la mayor parte del lugar, y Pedro de Linares cercado de amigos; pues como tomados los puertos podia tener animo de fauorecerse de la inmunidad de la Yglesia, porq̃ el poderle valer della, mas fuera accidente de fortuna, que preuencion humana? Et cum hoc clarum sit, & in claris non sit locus præ-

sumptionibus remanet sine dubio nostra resolutio.

¶ Ex quo etiam constat doloris ac iracundiæ impetu motum fuisse (quando lo uviera muerto) pues no preuino, que podrian hazer lo mismo con el sus amigos, como juzgando que el dicho Melchior de los Reyes auia muerto a Pedro de Linares lo intentò vno.

¶ Et quãdo dicta diffiteantur (quod sine veritatis præiudicio fieri non potest) es cierto, q̃ auiendose de juzgar esta causa por los preceptos del derecho Canonico, y siendo conforme a el proditor, el que lo es por derecho comun, vt constat ex doctrinis supra alegatis, & ex text. in. d. cap. si cupis. 16. q. 1. cap. clericus iuncta glos. 46. distinctione, vbi equiparantur, qui adulationibus vtitur, & qui prodit, nam quemadmodum, qui blanditur aliud habet in pectore ab illo quod signis exterioribus demonstrat, ita proditor vnum publice profert, & aliud in corde ocultat; nec leges regiæ aliquid obstant, nã cum sint iuri Canonico contrariæ, non sunt obseruandæ, ex traditis à DD. in cap. ecclesia sanctæ Mariæ de constitutionibus, & probatur in auth. cassa. C. de S. E. & late confirmat Suarez de legibus, lib. 8. c. 11.

no se puede decir que Melchior de los Reyes cometio alevosia

¶ Firmissimum ergo remanet in hac specie nullam posse excogitari proditionem.

¶ Quibus accedat, que como consta de los autos, y se supone en el hecho, trato Pedro de Linares de matar aleuosa y asasinamẽte a Melchior de los Reyes; & ex insita naturæ propensione, ex fine quo Deus hominem creauit, quædam apud omnes gentes omni iure firmissima regula euenitt, vt quod quisquè ob tutelam corporis sui fecerit, iure fecisse existimetur. l. 1. §. cum arietes. ff. si quadr. pauper. fecisse dicatur. l. vt vim. ff. de iust. & iure. l. 4. ff. ad l. Aquil. l. scientiam. §. qui cum aliter. ff. eod. quod receptum est apud Theologos, & Iuristas. Videamus ergo si Melchor de los Reyes pudo de otro modo librar su vida dexando de matar a Pedro de Linares. Que no pudiesse se prueua, porque no lo hazia yendose de Sanlucar; pues como dizen algunos testigos solo aguardaua Pedro de Linares a que lo hiziesse para matarlo, y viendo que no se ausentaua tratò de hazerlo aqui, no se libraua de sus asechansas, querellandose ante la justica, porque los que agora declaran, no lo querian hazer entonces, con rezelo de que por librar la vida de Melchior de los Reyes no arresgasen la suya, no podia matarlo facie ad faciem por andar preuenido de armas defensiuas y ofensiuas. Nullus ergo restat alter modus quo ab insidijs dicti Petri Lina-

res

res potuisset præcauari; nulla ergo pœna plectendus est. (.·.)

¶ Defensio namque naturalis excusat in totum à pœna, vt ex iuribus supra alegatis probatur, & in cap. significasti el segundo, vers. si vero de homicidio. l. 2. tit. 8. part. 7. & in tantum hoc est verum, vt solum requiratur, quod vero similiter credatur aliquem pro defensione propriæ vitæ hominem occidisse, vt non agressor, sed defensor dicatur, vt tradit Antonius Gomez tomo 3. variar. cap. 3. tenent Bartolus, & alij DD. in d. l. 2. §. 1. ff. de vi, & vi armata, idem Bartolus in l. si furem. ff. ad l. Cornel. de sicarijs, Iulius Clarus in practica criminali. §. homicidium, numer. 24. vsque ad. 31. Antonius Faber in C. suo Fabriano, lib. 11. tit. 10. diffinit. 5. num. 1. in allegatione, qui concludit minari sufficere vt prouocatus aliquis censeatur; quinimmo ex eo tantum, quod aliquis confiteatur se hominem ad propriam defensionem occidisse, excusatur à pœna homicidij, vt constat ex communi certa, ac in praxi recepta opinione, quam laudat, & sequitur Zauallos communium quæst. tom. 1. q. 362. qui alios multos refert, nec priuatur tam fauorabili exceptione, etiam si reus ab initio negauerit se occidisse, vt tradit Iulius Clarus loco supra citato, num. 33. & 34. Antonius Faber vbi supra. Accedant verba doctissimi Fachinei controuersiarum illustrium, lib. 1. cap. 27. quæ quia omnimodo fauent dicto Melchiori de los Reyes referam: *Opinor ipse vna cum Alberico, & quibusdam alijs antiquis, quos in loco annotato commemorat Sarmientus, hanc quæstionem ex facto, & personarum circunstantijs diffiniendam esse, nã si is qui hominẽ occidit fuerit vir probus, non rixarum amans, sed qui consueuerit honeste viuere, & alterum non lædere, è contra vero occissus rixosus fuerit, nec vitæ admodum laudabilis, hoc in casu numquam in capitis pœnam consentire possem.* Delos autos y probanças consta quam pacifico, y quieto ha procedido Melchior de los Reyes en el discurso de su vida; y al contrario, quam ocasionado y rixoso fue Pedro de Linares: luego quando caso negado lo uviesse muerto, y cõstando por los autos que le mouerian su natural defensa, no merece pena alguna.

(.·.) Quam resolutionem fabet Cardinalis Tuschus verbo homicidiũ n. 21. ibi; *Extende quia in dubio præsumitur defẽsio, quando interficiẽs erat in vitæ periculo, quia inter perfectus contra eum admenabat.*

¶ Præterea etiam si non immineret mortis periculũ, propter atrocem iniuriam à Petro Linares sibi illatã, non esse aliqua pœna afficiendum constat, porque la misma



razon

razon que milita para defender la honra, milita para restaurarla, y si conforme a derecho es mayor la injuria del honor, que la de la muerte. d.l. fin. tit. 13. part. 2. y siendo cierto, como lo enseña Bartulo, Baldo, y con ellos Antonio Gomez loco supra citato, y la comun, que por solo los amagos de vna bofetada es licito matar a el ofensor, immo si agressus fugiendo possem liberari ab agressore, si tamen ex eo aliquod detrimentum honori meo irrogetur non teneor fugere.

¶ Clare constat, que quando por restaurar su honra perdida uviesse muerto a Pedro de Linares Melchior de los Reyes, no merece pena alguna.

¶ Quod confirmatur sequenti consideratione, nam pro restauranda re ablata, si furem occiderim, nullam pœnam mereor, vt est communis opinio, & in practica quotidiana, tradit Iason in. l. vt vim. ff. de iust. & iure. num. 25. Couarrub. in clementina si furiosus, 3. p. §. 11. & probatur in cap. 2. de homicidio, ibi; *Teque tua liberando.* Ergo à fortiori pro restaurando honore ablato qui eius furem occiderit, nullam pœnam meretur, quod procedit si res ablata nō est parui momenti, & quando eam alias sine periculo vitæ, vel honoris recuperare posim. Honor vero non solū cœteris bonis exterioribus præfertur, vt scribit Aristotelis. 4. ethico. c. 3. c. deteriores. 6. q. 1. qui immo ipsæ vitæ, vt superius fundauimus, y que otra cosa es el que quita la honra a otro, que ladron della? Con que espe cialissimamente concurre la siguiente ponderacion, ex verbis legis fin. supra iam relatæ, *Porque esta no es mas de vna vez, y aquella es de cada dia.* Si cada dia se mata (.·.) cō la ferida de la honra hecha vna vez? quando caso negado Melchior de los Reyes uviesse muerto a Pedro de Linares, ya no tāto por vēgar la afrenta passada, quāto por euitar la futura lo haria, y consiguientemente no se le ha de dar por ello pena alguna, vt constat ex doctrinis supra allegatis, quia qui propter euitādum iniuriam aliquem interfecerit, nō agressor estimatur.

(.·.) d. l. fin, ibi; *Porq̄ esta le mata non le tollendo la vida.*

¶ Ex quibus omnibus manifestissime constat, non solum in hac specie nō esse commissam proditionem, quinimo etiam si satis appareret dictum Melchiorem de los Reyes Petrum de Linares occidisse, nulla esse afficiendum pœna, quatenus actum sibi permissum ratione suæ naturalis defensionis exercuisset.

¶ Quibus accedat sequens fundamentum. Immunitatis Ecclesiasticæ quanta sit habenda ratio, naturalis doctrina, diuina præcepta, canonicæ sanctiones, leges regia;

giæ, imperiales constitutiones, Christianorum pietas, ac politica dogmata continuo suadent, vt probatur iure diuino, num.7. Regum.cap.21.& 23. Deuteronom. cap.4. & 9. Iure Canonica in cap.inter alia, cap. fin. de immunitate Ecclesiarũ, iure imperiali, ex toto tit. C. de his qui ad Ecclesiam confugiunt, iure nostro regni, ex toto tit. 11. part. 1. laudant & exornant, V. I. interpretes, & quid mirum si supremæ maiestatis omnipotentis Dei domo hæc reuereotia exhibeatur? quando la barbara gentilidad obseruò inuiolablemente la inmunidad y reuerencia alos Assilos de sus falsas deidades, vt potest videri apud Alexandrum ab Alexan. dier. genn.c.20. lib.3.cap.12. lib.6. tradit obseruantissimus, omniq́ue literarum genere perpolitus P.F. HieronymusRoman in sua repub. gentilica, li.3.c.4. qui multa notatu digna cũmulat: & in iure Cæsareo est titul.C. de statuis, & imag. & titul. C. de his qui ad Statuas cõfugiũt. Quibꝰ addã verba quæ audiui à quodã Salmanticensi primario, sacrorum Canonum professore; Caueant Iudices ne aliqua vanitatis arrogantia, aliquo odio, vel aliquo humano affectu hanc immunitatem diminuere præsumant, ipse namquè Deus vindex est, cui adstipulatur Seneca. 7. de beneficijs. cap.7. *Iniuriam sacrilegus Deo facere non potest, quia extra ictum sua diuinitas posuit, sed punitur quia tamquam Deo fecit.*

¶ Quibus sic dictis, quando concedamos que Melchior de los Reyes matò a Pedro de Linares, y que cometio aleuosia (quod vero aperto Marte nego, & pernego) deue gozar de la inmunidad de la Yglesia, porque conforme a la mas cierta opinion, y de mas solidos fundamentos, proditor Ecclesiastica immunitate gaudere debet, quæ opinio satis pia, ac religiosa videtur, fundatur nãq; iuris Canonici principijs, quod in hac materia est supremus legislator, & probatur, quia non est exceptus proditor, in c. inter alia de immunitate Ecclesiarum, vbi Romanus Pontifex excepit tantum duos casus, in quibus eorũ perpetratores ab Ecclesia euellantur, & exceptio casus especialis firmat regulã in contrariũ. l. nã quod liquide. §. fin ff. de pœnu legata, & inclusio vnius est exclusio alterius. l. cum prætor. ff. de iud. & cum illis duobus casibus tantũ exceptis regula sit in illo tex. neminẽ quamtũuis graue delictũ perpetrauerit, ab Ecclesia extrahi posse; merito firmat proditorem nõ esse extrahendũ, neque obstat tex. in. d. cap. 1. de homicidio, quia vt ibi tenet Abbas loquitur in clerico proditore, vel vt ex eodem Abbate

 respon-

respondet Gutierrez vbi supra, quod ab altari euellatur, scilicet per excommunicationem. Pro viribus defendet hanc opinionem Abbas in d.cap.1.num.1.de homicidio, Siluest. in sua sum.verb.immunitas el.3.q.2.ar.4.Decius in c.cũ non ab homine de iudicijs, Montaluus in.l.8.tit.5. lib.1.fori.verb.quebrãte.Guillermus Benedictus in quæst. de homicidio, Guterreus vbi supra, num.5.quam opinionem in praxi receptam testatur Bernardus Dias in Practica Canonica, cap.223.in fine, & alij multi, quos refert, & sequitur Zeuallos cõmunium contra communis, tomo.3. q.817. à num.6. qui in genue fatetur, quod si iudex Ecclesiasticus esset hanc opinionem tamquam veram libentissime amplecteretur, & eam semper practicari in tribunali Ecclesiastico Toletano fatetur.

¶ Per quæ omnia, & alia altiori numine perpensa remanet clarum doctissime, ac integerrime Iudex, Melchiorem de los Reyes gaudere immunitate Ecclesiastica, debere & sancti Francisci templo restituendum esse. y assi se deue pronunciar, salua in omnibus, &c.

(.·.) Doctor Melchior de Valencia Cæsarei iuris antiquior, vespertinus moderator, vere iuris vtriusquè coripheus, cuius encomia vide apud Antonium Fabrum. 4.erro. prag.decad. vlt. error.vlt. qui cũ more suo neminẽ doctum stimaret; eum veritate coactus æternis elogijs honestat.

(.·.) Esta informacion he visto, y me parece està discurrido en ella con mucho ingenio, y estudio, y tengo su resolucion por la mas cierta, y segura, porque aunque Couarrub.lib.2.variar.cap.20.num.7. Antonio Gomez 3.tomo, variar.cap.3.num.5.Paz in.l.39.stili. num.2.& seqq. afirman que es muerte hecha a traicion la que vno executa a tergo, & non facie ad faciem, aũque intercedat inimicitia, es mas conforme a las dotrinas comunes de los DD. la contraria sentencia, que defienden en nuestros mismos terminos Ioan Gutierrez lib.1.pract. q.2.nu.21. Burgos de Paz consi.22.n.9.Azeuedo in.l.11.tit.8.lib.5. & in.l.2.tit.23.lib,8.nouæ compil. donde expresamente enseñan que no se deue tener por muerte aleuosa, ni cometida a traicion quando vno matò a su enemigo conocido, quamuis a tergo, & ex insidijs occiderit, y que deue gozar de la inmunidad de la Yglesia, y le deue valer, Azeuedo in

do in.d.l.2.tit.23.li.8.ita loquitur,ibi; *Por asechanças, o sobre consejo, o habla hecha intellige, nisi de ijs modis, vel aliquo eorum quis occiderit inimicnm suum cognitum, vel vulneraret, nam tunc aleuosi pœna non tenetur, quia ille tenebatur se præcauere, idq; ex.l.4. infra eod. colligitur ibi saluo si matara a su enemigo conocido, nisi dixeris in illis verbis legem illam quartam loqui de bannito, vt ibi dicemus, sed adhuc tunc procedit nostra declaratio, vt nō procedat lex nostra in vulnerante inimicum suum etiam atergo, & ex insidijs, quia tenebatur se præcauere, neq; talis potest dici mors secura, vel vulnus insidiosū.* Y hablādo acerca de la inmunidad de la Yglesia in.d.l.11.tit.8.li.5. dize; *Vide quæ diximus in.l.3 tit.2.lib. 1. supra num. 10. & licet ibidem num. 11. dixerimus aleuosum occissorem esse illum, ut non gaudeat immunitate Ecclesiæ, qui alium occidit a tergo inimicum suum etiam, cautius tamen considerando, & prudentius nunc teneo talem occidentem inimicum suum etiam a tergo gaudere Ecclesiæ immunitate, tum quia in dubijs pro Ecclesia iudicandum, tum etiam quia nullo modo potest dici aleuose occissum, quem antea inimicum occissor habebat, cū ille deberet se præcauere, & nō esse incautus, satq; dicitur fuisse factum in rixa cum tam tempore homicidij, quā antea aderat orta, & formata, & cognita inimicitia inter occisum, & occisorē, neq; in hoc casu loquitur, neque procedit.l.10.tit.fin.lib.8. prout in proposito intelligit, & declarat Burgos de Paz.consil.22.lib 1.num.17.* Veasetodo el lugar, q̄ todo es a proposito, y en este mismo caso, pues auiendole Pedro de Linares dado en la plaça publica vna bofetada a Melchior de los Reyes, y auiendo el desde entonces dexado de exercer su oficio de Soldado y Artillero de la armada Real de las Indias, y traido luto en demonstracion del sentimiento de la afrenta recebida, con todas las demas circunstancias referidas en el caso, no puede ser mas formada, y conocida enemistad; y en los mesmos terminos, en caso de mas leue injuria afirma Burgos de Paz.d. consil.22.num.17.que le vale la Iglesia al que matò a tergo

go a su enemigo, y assi el como Ioan Gutierrez d. lib. 1. practicarum. q. 2. a num. 21. responden a la .l. 10. tit. 26. lib. 10. ordinamenti, y a los lugares de Antonio Gomez y de Couarrubias satisfaze esta informacion; y Iuan Gutierrez vbi supra añade que, *vbi præcessit rixa cessat deliberatio, & proditio*, y que *sat in rixa fuit, cum tam tempore homicidij, quam ante rixam erat inter eos inimicitia*. Por las quales razones, y las demas eruditamente consideradas en esta informacion, soy de parecer que, dado caso que Melchior de los Reyes aya muerto a Pedro de Linares *a tergo & retro, non facie ad faciem*, le deue valer la inmunidad de la Iglesia, y deue ser restituido a ella. Saluo, &c. En Salamanca de Março 21 de 1628.

*DD. Melchior de Valencia.*

(.·.) *Doctor Martin de Bonilla apud Salmanticenses proprietarius, ac vnicus sacrorũ decretorum moderator. Vir doctissimus, ac preclarus. I.C.*

Pareceme (.·.) justa la resolucion que estos señores fundan, y lo firmè en Salamanca a 21 de Março de 1628.

*Doctor Martin de Bonilla.*

(§) *Ioannes Valboa de Mogronejo. V. I. D. & in Salmãticensi Academia, iuris Põtificij primarius professor, & collegij Decanus iurisprudentiæ edocendæ fœlici genio natus.*

Lo mismo (§) me parece q̃ a estos señores sin dificultad, q̃ el q̃ mata a el que le dio de palos, o le dio bofeton, y es enemigo declarado, no comete traicion quocumque modo le mate, y el ofensor ha de mirar como viue. Esto tengo por llano, saluo &c. Salamanca y Março 1628.

*Doctor Valboa de Mogrobejo.*

Lo mismo (.·.) me pareco que a estos señores, y tengo por indubitable esta opinion. Saluo,&c. Salamanca 31. de Março de 1628.

(·.)*D. Fernando Arias de Mesa. I. C. Lusitanus, iuris Pontificij, in Salmanticensi academia cathedraticus.*

*Doctor Fernando Arias de Mesa.*

Esta informacion (§) es muy docta, y conforme a derecho, ✠ y por ella se justifica la parte en cuyo fauor se ha hecho, y assi me parece, saluo mejor parecer, &c.

(§) *Doctor don Mathias Montero de Morillas. I. C. Hispanus, & collegij Maioris Comitis de Vreña, & in Ossunensi academia primarius legum professor.*

✠ *In eadē senten tia fuerūt Doctor don Iuā Machuca de Vargas, & Licenciatus D. Iuā de Quebedo eiusdem collegij meritissimi collegæ, et in eadem Ossunensi Academia. I. V. publicè professores.*

*Doctor don Mathias Montero de Morilla.*

*Doctor don Iuan Machuca de Vargas.*

*El Licenciado don Ioan de Queuedo.*